Ros Dok Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Michael Cobabus Wilhelmus Henckenius

Disputatio Secunda Theologica De Deo Trinuno : In qua Sequentes Theses, Quaestiones & Casus Conscientiae

Rostochi[i]: Richelius, 1646

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn738047279

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

Vert. M. Cobabus.   Praeses: J. Cothmann

R. U. theol. 1646.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn738047279/phys_0001
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn738047279/phys_0002
DFG

Diſputatio Secunda
THEOLOGICA
De
DEO TRINUNO,
In qua
Sequentes Theſes, Quæſtiones
& Caſus Conſcientiæ,
Spiritus Sancti ductu & gratiâ
DIRECTORE
JOHANNE COTHMANNO
SS. Theol. D. & Profeſſore celeberrimo,
PRÆSIDE
M. MICHAELE COBABO
Sternberga Megapolitano,
Publico examini ſubjicit
WILHELMUS HENCKENIUS
Jeverenſis Friſius.
Ad diem April. in Auditorio Unicornis horis pomeridianis.

Ex Bibliotheca Academiae Rostochiensis

ROSTOCHI
Typis Johannis Richelii, Senat. Typogr. Anno 1646.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de /rosdok/ppn738047279/phys_0003
DFG

Theſis I.

Fides catholica hæc eſt, ut perſonas non confundentes neq; ſubſtantiam ſeparantes unum Deum in Trinitate, & Trinitatem in unitate veneremur.

II. Alia eſt perſona Patris, alia Filii, alia Spiritus S., ſed Patris, & Filii, & Spiritus S. una eſt divinitas, æqualis gloria, & coæterna Majeſtas.

III. Qualis Pater, talis Filius, talis Spiritus S. increatus eſt Pater, increatus Filius, increatus Spiritus S., Immenſus eſt Pater, immenſus Filius, immenſus Spiritus S. Æternus Pater, æternus Filius, æternus Spiritus S. Et tamen non tres æterni; ſed unus æternus. Sicut non tres increati; nec tres immenſi; ſed unus increatus, & unus immenſus.

IV. Similiter omnipotens eſt Pater, omnipotens Filius, omnipotens Spiritus S. Et tamen non tres ſunt omnipotentes; ſed unus omnipotens.

V. Pater eſt Deus, Filius Deus, Spiritus S. Deus. Et tamen non tres Dii, ſed unus eſt Deus.

VI. Pater eſt Dominus, Filius Dominus, Spiritus S. Dominus. Et tamen non tres ſunt Domini; ſed unus eſt Dominus. Quia ſicut ſigillatim unamquamq; perſonam Deum ac Dominum confiteri Chriſtianâ veritate compellimur; Ita tres Deos ac Dominos dicere catholica religione prohibemur.

VII. Pater à nullo eſt factus, nec creatus, nec genitus: Filius à Patre ſolo eſt, non factus, nec creatus, ſed genitus. Spiritus S. à Patre & Filio, non factus, nec creatus, nec genitus; ſed procedens.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn738047279/phys_0004
DFG

VIII. Unus ergo Pater, non tres Patres: Unus Filius, non tres Filii; unus Spiritus S. non tres Spiritus S.

IX. In hac trinitate nihil prius, aut poſterius, majus aut minus, ſed totæ tres perſonæ coæternæ ſibi ſunt, & coæquales.

QVÆSTIONES,

contra

I. PHOTINIANOS.

I. *An detur naturalis cognitio, quâ cognoſcitur, quòd ſit Deus, omnia intelligens, liberè agens, & infinitâ poteſtate præditus? Affirm.*

II. *An unitas & ſimplicitas eſſentiæ divinæ tollat perſonarum Trinitatem? Neg.*

III. *An confeſſio Trinitatis labefactet gloriam unius veri Dei, qui eſt Pater Domini noſtri Jeſu Chriſti? Neg.*

IV. *An plures perſonæ in Dei eſſentia non poſſint eſſe inter ſe diſtinctæ, niſi Dei eſſentiam tanquam ſpeciem, ſeu communem quandam pluribus individuis naturam accipiamus? Neg.*

V. *An generatio, quâ Filius genitus eſt ex eſſentia Patris, ſit vera & propriè dicta generatio? Aff.*

VI. *An Spiritus S. ſit tantùm virtus Dei, & non perſona divina? Neg.*

II. PONTIFICIOS.

An ex ſcripturis ſacris myſterium Trinitatis ſufficienter poſſit probari? A.

III. CALVINIANOS.

An divinæ voluntatis immutabilitas labefactetur per diſtinctionem illam, quâ diſtinguitur inter voluntatem Dei antecedentem & conſequentem? Neg.

IV. ANABAPTISTAS.

I. *An doctrina de Spiritus S. divinitate fuerit nota in Eccleſia V. T.? A.*

II. *An vocabulum Perſona in doctrina de SS. Trinitate commodè & tutò poſſit adhiberi? Aff.*

V. WEIGELIANOS.

I. *An Filius Patri Deitate ſit æqualis? Aff.*

II. *An deitas Filii ſit corpus cœleſte? Neg.*

III. An

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn738047279/phys_0005
DFG

III. *An Spiritus S. in V. T. à ſolo Patre, in N. autem à Patre & Filio procedat? Neg.*

IV. *An Spiritus S. ante Filii Dei incarnationem non niſi Spiritus ſervitutis fuerit; poſt incarnationem a. extiterit Spiritus adoptionis? N.*

VI. ECCLESIAM GRÆCAM.

An Spiritus S. procedat à Patre & Filio? Affirm.

CASUS CONSCIENTIÆ.

I. Quomodo hominis Chriſtiani erigendus ſit animus, quando triſtis eſt, & dolet, quod ignorat, qualem conceptum de Deo formet & habeat.

II. Quid faciendum ſit illis, qui conqueruntur, quòd raro & frigidè de Deo cogitant, ut ad Deum ſincerè colendum & amandnm excitentur.

III. Quomodo illos Chriſtianos debeamus juvare, qui confitentur, ſe quidem Deum colere & adorare; Ignorare autem, quid ſit faciendum, ut certiores reddantur, cultum illum, quo Deum proſequuntur, eſſe, in quo conſcientia tutò acquieſcat.

IV. Quomodo illos debeamus informare, qui tentantur, quòd Salvatorem crebrò invocent, & rarius de Deo Patre, & Spiritu S. cogitent.

V. Quid faciendum ſit illis Chriſtianis, qui dicunt, ſe Spiritum S. aliquoties invocaſſe? non autem hactenus ſenſiſſe, & percepiſſe illius gratioſam præſentiam & inhabitationem.

VI. Quomodo debeamus illos erigere & juvare, qui confitentur, ſe quidem antea ſenſiſſe Spiritus S. operationem, & gratioſam illius præſentiam: nunc autem omninò arbitrari & ſtatuere, quòd illam amiſerint.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn738047279/phys_0007
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn738047279/phys_0008
DFG

VIII. Unus ergo Pater, non tres … us Filius, non tres Filii; unus Spiritus S. non … s S.

IX. In hac trinitate nihil prius, au … majus aut minus, ſed totæ tres perſonæ coæt… nt, & coæquales.

QVÆSTIONES

contra

I. PHOTINIANOS.

I. *An detur naturalis cognitio, quâ cognoſcitur … omnia intelligens, liberè agens, & infinitâ poteſtat … rm.*

II. *An unitas & ſimplicitas eſſentiæ divinæ tolla … rinitatem?* Neg.

III. *An confeßio Trinitatis labefactet gloriam … qui eſt Pater Domini noſtri Jeſu Chriſti?* Neg.

IV. *An plures perſonæ in Dei eſſentia non poſſint … inctæ, niſi Dei eſſentiam tanquam ſpeciem. ſeu com… m pluribus individuis naturam accipiamus?* N…

V. *An generatio, quâ Filius genitus eſt ex eſſentia … & propriè dicta generatio?* Aff.

VI. *An Spiritus S. ſit tantùm virtus Dei, & non p…* … eg.

II. PONTIFICIOS.

An ex ſcripturis ſacris myſterium Trinitatis ſufficien… ? A.

III. CALVINIANOS.

An divinæ voluntatis immutabilitas labefactetur p… illam, quâ diſtinguitur inter voluntatem Dei an… conſequentem? Neg.

IV. ANABAPTISTAS.

I. *An doctrina de Spiritus S. divinitate fuerit nota …* ? A.

II. *An vocabulum Perſona in doctrina de SS. Trini… & tutò poßit adhiberi?* Aff.

V. WEIGELIANOS.

I. *An Filius Patri Deitate ſit æqualis?* Aff.

II. *An deitas Filii ſit corpus cœleſte?* Neg.

III. An